



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 3. Prima Hungaricæ conspirationis semina contra Leopoldum I.  
Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1670.

§. III.

*Prima Hungaricæ conspirationis  
mina contra Leopoldum I.  
Cæsarem.*

*Wagner hist.* Extinctis Turcici belli flammis, et  
*Leopold.* l.3. ipsa pace novæ civilis belli scintilla  
pag. 188. in Hungaria emicare cœperant: His  
*Han Panon.* primo suscitabat Franciscus Veseleensis  
nov. p. 461. *Calmet Hist.* Hungariæ Palatinus seu Pro-Rex, de  
*de Lorr.* t.3. nupera cum Turcis pace, Hungariæ  
l.39. p. 783. sciis, minus vero probantibus ini-  
acerrime questus, cum autem Cæsar  
mala inde timenda, ne evenirent, sive  
non aliorum curæ fore, eidem respon-  
disset, hoc responso irritatus Prore  
in Aquis Trenschinianis, ubi Franciscus  
Ragotfii nuptiis cum aliis intererat  
Hungariæ Proceres jam anno hu-  
sæculi sexagesimo quinto ad rebellionem  
sollicitabat, de secutura plebe certos.  
Primo igitur Franciscum Ragotfum  
& Petrum Serinium veterum injuri-  
rum recordatione ac novæ spei leno-  
nio in partes suas pertraxit. Illaque-  
tis Procerum præcipuis ad plebem que-  
que capiendam animum adjecit: ne  
alios promptiores quam Calvinistas  
biscanos sperabat; hos enim Tempor-  
um vi occupatorum, quæ eis nuper  
Ragotfii Mater eripuerat, recuperare

nem rebellione, imo & Cæsaris san- <sup>Sæc. XVII.</sup>  
guine redimere paratos noverat. Ob- A.C. 1670.  
stitit tamen aliquamdiu Calvinistarum  
petito juvenis Ragotsius vel Matris suæ  
reverentia vel Religionis studio absti-  
ritus, tandem vero importunis Vesse-  
lenii precibus expugnatus, Calvinistis  
non modo Ecclesias restituit, sed etiam  
ceteris eorum postulatis annuit, hac-  
que ratione omnem sibi sectam obstri-  
ctam reddidit. Paulopost Vesselenius  
anno hujus saeculi sexagesimo septimo  
e vivis excessit: Agebatur igitur in  
Neosoliensibus comitiis de eligendo  
Successore, ubi inferioris Hungariæ  
Proceres Nadastium, Esterhasium,  
Töckelium & Zitschium, superiores  
vero Hungari Forgatsium proponebant,  
declarantes, se nec comitiis, nec Reginæ  
coronationi interfuturos, nisi Procerum,  
& Calvinistarum querelis prius satisfa-  
ctum esset: Proceribus igitur in partes  
scissis comitia Neosolio Eperias transfere-  
bantur, ubi Rothalius Comes & Petrus  
Serinius a Cæsare Deputati ad sedan-  
das hasce turbas ablegati fuerunt, hoc  
autem jamjam in conjuratorum partes  
transgresso, ineundæ concordiæ spes  
penitus evanuit, quo circa Cæsar inte-  
rim, donec aliter decerneretur, Palat-  
ini munus Georgio Szelepcsenyo Stri-  
goniensi Archiepiscopo demandabat:

F f 4      Dene-

Sæc. XVII. Denegatam sibi Palatini dignitatem in  
A. C. 1670. dignissime ferebat Franciscus Comes de  
 Nadasti, & quamvis ad leniendum dolorem Cæsar illum in Curiæ Judicem  
 selegisset, a Petro tamen Serino in  
 conjurationis societatem pellebas  
 Cæfarem intercipere statuit; cum enim  
 Leopoldum Cæarem nonnisi duodecim  
 Nobilibus stipatum ad Schotwinum  
 oppidum excusurum comperisset, &  
 communi conjuratorum consilio quin  
 gentos Sclopetarios, qui Cæarem  
 optum abstraherent, atque interficerent  
 in Pottendorffensi arce in infidiis  
 locavit; cum autem Cæsare ante horum  
 adventum jam Viennam rever  
 facrilega conjuratorum consilia ad  
 tum cecidissent, fontem aulicum  
 iectis canibus, fellibusque necnon la  
 culo serico, qui atrocissimo toxico  
 tus erat, corruperunt, ut tota  
 Cæsare familia periret: ast æter  
 mentis consilio factum, ut ex tetro  
 tore latens pestis proderetur, quod  
 adeo tanti mali Auctores detegere

## §. IV.

*Apertum conjuratorum bellum contra  
 Cæarem.*

*Joan. Lab  
 jansky relat.  
 jud. §. I.  
 Et seqq.* Cum ergo conjurati Hungari nec  
 in infidiis, nec beneficiis Cæarem pe  
 derent,